UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Stro. Seruus

urn:nbn:de:hbz:466:1-71292

Visual Library

Poſt hoc quod habeo vt commutet coloniam
Ego id cauebo, nam alicubi abſtrudam foris
Ego faxo et operam et vinum perdiderit ſimul
Me. Ego niſi quid me vis eo lauatum vt ſacrificem
Eu. Aedepol ne tu aula multos inimicos habes
Atqȝ iſtuc aurum quod tibi concreditum eſt.
Nunc hoc mihi factum eſt optumū, vt te auferā
Aula in fidei phanum, ibi abſtrudam probe
Fides noniſti me, et ego te, caue ſis tibi
Ne tu in me mutaſſis nomen, ſi hoc concreduo
Ibo ad te fretus tua fides fiducia

Stro. Seruus

Hoc eſt ſerui facinus frugi facere quod ego perſequor
Ne morę moleſtieqȝ imperium herile habeat ſibi
Nam qui hero ex ſententia ſeruire ſeruus poſtulat
In herum matura in ſe ſera condecet capeſſere
Sin dormitet, ita dormiter, ſeruum ſeſe vt cogitet
Nam qui amanti hero ſeruitutem ſeruit, quaſi vt ego ſeruio
Si herum videt ſuperare amorem, hoc ſerui eſſe officium reor,
Retinere ad ſalutem non eum quo incumbat eo impellere
Quaſi pueri qui nare diſcunt ſcirpea inducitur ratis
Qui laborent minus facilius vt nent, et moueant manus
Eodem modo ſeruum ratem eſſe amanti hero ęquum cenſeo
Ut tolleret ne peſſum eat tanqȝ
Imperium herile ediſcat, vt quod non os velit oculi ſciant
Quod iubeat citis quadrigis citius properat perſequi
Qui ea curabit, abſtinebit cenſeo ne bubula
Nec ſua opera reddet vnqȝ in ſplendorem compedes
Nunc herus meus amat filiam huius Euclionis pauperis
Eam hero nunc renunciatum eſt nuptum huic Megadoro dari
Is ſpeculatum huc miſit me vt quę fierent, fieret particeps

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nunc ſine omni ſuſpitione in ara hic aſſideam ſacra
Hic ego huc et illuc potero quid agant arbitrarier,

Euclio ſenex Strophilus ſeruus

TU modo caue, quicq̃ꝫ indicaſſis aur̃ meum eſſe iſtic fides
Nõ metuo ne q̃ſquã inueniat ita ꝓbe in latebris ſitum eſt
Aedepol ne illic pulchrã prędam agat ſi q̇s illam inuenerit
Aulam onuſtam auri, verum id te quęſo vt prohibeſſis fides,
Nunc lauabo, vt rem diuinam faciam ne affinem morer.
Quin tibi accerſat me meam extemplo filiam ducat domum
Vide fides etiam atqꝫ etiam nunc ſaluam vt aulam abs te auferaz
Tuę fidei concredidi aurum, in tuo luco et phano modo eſt ſitum
Stro. Di immortales quod ego hunc hominẽ facinus audio loq̇
Se aulam onuſtam auri abſtruſiſſe hic intus in phano fidei
Caue tu illi fidelis quęſo potius fueris q̃ꝫ mihi
Atqꝫ hic pater eſt vt ego opinor huius puellę her⁹ quam amat
Ibo hinc intro, perſcrutabor phanum ſi inueniam vſpiam
Aurum dum hic eſt occupatus, ſi repperero o fides
Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam
Id adeo tibi faciam, verum ego mihi bibam vbi id fecero

Euclio

NOn temere eſt q̄ coruos cãtat mihi nunc ab leua manu
Simul radebat pedibus terrã et voce crocibat ſua.
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram
Atqꝫ in pectus emicare, ſed ego ceſſo currere

Euclio, Strophylus.

FOras lumbrice qui ſub terra erepſiſti modo
Qui modo nuſquam cõparebas nunc quũ cõpares peris
Ego edepol te pręſtigiator miſeris iam accipiam modis
Stro. Quę te mala crux agitat? q̇d tibi mecum eſt cõmertij ſenex
Quid me afflictas? quid me raptas? qua me cauſa verberas?
Eu. Verberaliſſime etiam rogitas non fur ſed trifur.